

D. T. O. M. A.
**ILLUSTRISSIMO, ac EXCELLENTISSIMO
DOMINO, DOMINO**
SIGISMUNDO
FRIDERICO,
SACRI ROMANI IMPERII
COMITI KHEVENHÜLLER,
DE, ET IN AICHELBERG,

Comiti in Hohen-Osterwitz, Domino in Landscron, Wernberg, Ober Fladnitz, & Sembriach, &c.
Hæreditariō Ducatū Carinthiæ Stabulorum Præfecto, &c. &c. Sacrae Cæsareæ, Regiæque Catholicæ
Majestatis actuali Camerario, & Consiliario intimo, nec non Excelsi Reginis Inferioris Austriae Locumtenenti,
DOMINO, DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

Illustrissime, ac Excellentissime Domine, Domine Comes,
Mœcenas Gratosissime.

Non indignare Excellentissime Domine, quod hanc meam disceptationem manibus Tuis ingerere, eamque ad Tholum gratiarum Tuarum appendere præsumam, aedes reor hoc folium nobilissimum sibi Nomen Tuum inscribere, non mei sed argumenti fiducia; Sapit enim justiam, qua virtus adeo Tua est, ut inde Tuis meritis & populi suffragio dignissimum jam cognomentum: justi guinis ardore ad omnem virtutis præstantiam exardescere. Laus Tua hac est: capisti initium, unde decebat, à pietate raptus, opinans, tot & tanta neglexit animus ille Tuus ingens, nullam penè scientiam non cepit ingenium. Mirantur in Te Jurisperiti omnes sublimem illam profundamque causarum Civilium cognitionem: nullum negotium tam arduum quod non pervadas, tam multiplex & varium quod non complectaris. Nec memoriam premit rerum multitudo, nec ingenii claritatem inobscurat, nec pervertit ordinem, nec serenitatem pacemque perturbat. Prudentia Tua sic se cum ceteris virtutibus miscuit, ut illa semper sine vitio steterit, consilia Tua omnes adamaverint & etiamnum complectantur. Verbo in Te uno omnes virtutis artificiò expressos video Majores Tuos, totam cum Majoribus Prospiciam, qua ultra septingentos jam annos suis Virtutum doctrinaque radiis Carinthia illustravit solum, Regnorum tum elogia, tum Casarum encomia, ob incorruptam Praesidum ex se oriundorum, justitiam paravit, tot, tantosque omni eruditione conspicuos viros procreavit, quales Patria, quales Imperatores in summis intricatissimisque negotiis efflagitare unquam sibi potuere. Testor in veritatis hujus argumentum Joannem, & Franciscum Chriftophorum, quos arcano Casorum Senatu admovit equitas, difficillimi Legationibus adhibuit prudentia, aureo vellere ornavit meritum, Auguſtissimorum Imperatorum, Maximiliani Secundi, Rudolphi Secundi, Mathia, Ferdinandi Secundi & Tertii aulis virtutum praefecere ornamenta. Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, à Joanne Maximiliani Secundi ad Italia Principes Oratore Turcici belli negotia optato illo Successu promota fuere, ut in his gerendis ingens Subsidium eris, & militum vim felicissime ab iis retulerit. Franciscus verò Chriftophorus variis ad Philippum Tertium & Quartum Hispania Reges aliisque Principes legatione functus id sua dexteritate semper obtinuit, ut ubique exterorum Principum amorem cum Suorum Casarum utilitate connecleret. Non prætereundus est hic Silentiō actus ille, Heroibus communis, qui duo propè ante secula ad immortalē hujus Illustrissima prosapia laudem accidit, ubi nisi hac fortissimo suo milite opem tulisset Austria, à Luna oppressa, cruenta Solymano cecidisset victima. Majusne jam decus accedere potest familia? Non minus sed par in eandem per Te retundat decus, néque dubium: ommitto remotas, vicinas legam oras, & littora; Sola Austria loquatur Metropolis, cuius in Caput positis à Te quam optimis meritis selegit felicissima memoria Leopoldus Primus Casarum Maximus, ubi & Auguſtissimus nunc Regnans Tuam adamat fidem, Consilium & prudentiam, subditū sufficiunt amorem in omnes aqualem, exteri mirantur providentiam, Patria denique & boni publici hostes constantem pertimescant pectoris Tui fortitudinem. Ne modestiam Tuam offendam plura alia dicere desino. Unum supereft, quod rogo, ut levidense hoc anathema Nomi Tuо sacrum gratioso, ut soles, suscipias animo, & me invictā Tuā protectione continuo gaudere posse, concedas.

Illustrissimæ Excellentiae Tuæ

Clientum infirmum
Maximilianus Kletenhamer.

Authoritate & Consensu Illustrissimorum, Perillustrium, Magnificorum, Spectabilium, Prænobilium Clarissimorum, ac Consultissimorum Virorum, Perillustris Magnifici & Excellentissimi Domini Rectoris &c. Perillustris, Spectabilis Domini Decani Inclytæ Facultatis Juridicæ, Dominorum Seniorum, Sacrae Cæsareæ Majestatis Consiliariorum, & Referendariorum, adeoque totius Amplissimi D. D. Juris Consultorum Collegii, in antiquissimâ ac Celeberrima Universitate Viennensi, ex assignato sibi Cap. plus 35. de R. J. in 6to. cum annexâ Quæstione Civili pro primâ Juris utriusque Laurea consequenda subsequentes Theses publica disquisitioni submitit.

MAXIMILIANUS KLETENHAMER, Hungarus Wimpassingensis A.A. L.L. & Philosophiæ Magister, pro primâ Juris utriusque Laureâ Candidatus, Inclytæ fundationis Windhaagianæ Præfectus.

THEISIS PRIMA.

Plus continet in se, quod est minus.

I I.

NAm partem in toto contineri non est dubium.

I I I.

Quod non tantum procedit in contractibus tam bona fidei, quam stricti Juris, sed etiam in ultimis voluntatibus.

I V.

Imò & in Judiciis.

V.
F Allit, si mens agentium deficiat in minori.

V I.

VEl alia ratio, aut legis dispositio obstet in contrarium.

QUÆSTIO CIVILIS.

Desumpta ex l. fin. C. de in officio donat.

An donatio inofficio in totum, an, vero quoad excessum tantum revocetur? R. Si donatio uni liberorum facta est, pro parte tantum; Si vero extraneo quoad omnia bona facta, in totum, si pro parte, pro parte tantum revocari posse.